

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37**

**[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]**

Dominica in palmis: Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

ulcisci non uult. et ipse qui iudicat. Cum uero malorum peruersitas crescit. non solum frangi praedicationo non debet sed etiam augeri. Quod suo dñs exemplo nos admonet. qui postquam habere doemonium dictus est. praedicationis suae beneficia largius impendit dicens. Amen amen dico uobis. si quis sermonem meum seruauerit. non uidebit mortem in aeternum. Sed sicut bonis necesse est. ut meliores etiam per contumelias existant. ita semper reprobi. de beneficio peiores fiunt. Nam accepta praedicatione. iterum dicunt. Nunc cognouimus. quia doemonium habes. Quia enim aeternae morti inheserant. & eandem mortem cui inheserant non uidebant. Quia uero solam mortem carnis

aspicerent. in ueritatis sermone caligabant dicentes. Abraham mortuus est & prophetae. et tu dicis si quis sermonem meum seruauerit. non gustabit mortem in aeternum. Unde & ipsi ueritati eundem abraham & prophetas. quasi uenerantes praeferrunt. Sed a peccata nobis ratione ostenditur. quia qui dñm nesciunt. dñi quoque famulos falso uenerantur. Et notandum quod uidit eos dñs a peccata sibi impugnatione resistere. & tamen eis se iterata non desinit uoce predicare dicens. Abraham pater uir exultauit ut uideret diem meum uidit et gauisus est.

**DOMINICA IN PALMIS  
LECTIO S. EUANGELII  
SECUNDUM MATHEUM.**

**I**n illo tempore. **C**um adpropinquasset hierosolymis & uenisset bethfage

ad montem oliueti. tunc  
ih̄c misit duos discipulos  
dicens eis. Ite in castellū  
quod contra uos est. & sta-  
tim inuenietis asinam al-  
ligatam. & pullum cum  
ea. & reliqua.

**O ME ET UENERABILE  
BEDAE PRBLOE  
EADŌ  
LĒC.**

**M**ediator  
dī et ho-  
minum  
homo  
xp̄c ih̄c.

qui p̄ humani generis  
salute passurus de cae-  
lo descenderat ad terras.

Ad p̄p̄inquantē hora pas-  
sionis. ut etiam per hoc  
claresceret. quia non in-  
uitus sed sponte patere-  
tur. in asino uenire. &  
a turbis rex appellari  
ac laudari uoluit. Ut  
etiam per hoc eruditus  
quisque cognosceret.

ipsum esse xp̄m. quē  
sic illo uenturum pro-  
pheta olim p̄missa  
signauerat. Ante quinq̄  
dies paschae uenire uo-  
luit. sicut ex iohannis  
euangelio didicimus.

Ut etiam per hoc osten-  
deret se esse agnum in-  
maculatum. qui pecca-  
ta tolleret mundi. Agn̄  
quippe paschalis. cuius  
immolatione populus  
isrl̄ est ab aeḡptia ser-  
uitute liberatus. ante  
quinq̄ dies pasche. id est deci-  
ma luna assumi. et quarta  
decima ad ues̄ per um uis-  
sus est immolari. sig-  
nificans eum quinos  
suo sanguine redemptu-  
rus. ante quinq̄ dies pa-  
scae. id est hodierna  
die. magno p̄cedentiū  
sequentiumq̄ populo-  
rum gaudio. ad lauda-  
tionem deductus uenit  
in templum dī. & erat